

contendere; ut ex alienis malis deterrumi mortales ven-  
tri atque profundae lubidini sumptus quaerent atque  
essent obprobria victoriae, quorum flagitiis commacu-  
4 laretur bonorum laus. neque enim te praeterire puto,  
5 quali quisque eorum more aut modestia etiam tum  
dubia victoria sese gesserit quoque modo in belli ad-  
ministratione scorta aut convivia exercuerint nonnulli,  
quorum aetas ne per otium quidem talis voluptatis sine  
dedecore attingerit.

1 5. De bello satis dictum. de pace firmanda quoniam  
11 tuque et omnes tui agitatis, primum id, quaeso, con-  
sidera quale sit de quo consultas: ita bonis malisque  
2 dimotis patenti via ad verum perges. ego sic existimo:  
quoniam orta omnia intereunt, qua tempestate urbi Ro-  
15 manae fatum excidii adventarit, civis cum civibus ma-  
nus conserturos, ita defessos et exsanguis regi aut na-  
tioni praedae futuros. aliter non orbis terrarum neque  
cunctae gentes conglobatae movere aut contundere  
3 queunt hoc imperium. firmanda igitur sunt vel con-  
4 cordiae bona et discordiae mala expellenda. id ita eve-  
21 niet, si sumptuum et rapinarum licentiam dempseris,  
non ad vetera instituta revocans, quae iam pridem cor-  
ruptis moribus ludibrio sunt, sed si suam quoique rem  
5 familiarem finem sumptuum statueris: quoniam is in-  
25 cessit mos, ut homines adulescentuli sua atque aliena  
consumere, nihil libidinei atque aliis rogantibus dene-  
gare pulcherrimum putent, eam virtutem et magnitudi-  
nem animi, pudorem atque modestiam pro socordia